

cto vigilam, aut praesidi, & ille condemnatus, rem ejusve pretium dederit, tollatur adversus ipsum actio, ideo quod de majore poena periclitetur. Qui autem furti damnatus est, aut amice datis pecuniis de eo transegit; infamis redditur, ut lib. 3. tit. 2. dig. 3. 4. 6. *Bals. Schol.* Dig. 7. tit. 9. lib. 47. est thema 2. cap. 57. tit. 12. lib. 60. Basil. quod habet, ut in compendio propositum est. Digest. 7. lib. 47. tit. 19. positus est in tit. 20. lib. 60. Basil. Digest. 93. tit. 2. lib. 47. non est positum in Basilicis. T. 2. l. 3. dig. est liber Basil. 21. tit. 2. qui docet, quibus modis infamia irrogetur.

Ibid. De Sepulcrorum violatoribus generaliter tractat Titulus 12. l. 47. quum dicit: Sepulcri violati reus, tum pecuniarie, tum criminaliter tenetur. Qui idem titulus, ac vii. libri xi. dig. etiam docet, quomodo citra periculum & damnum, mortuorum corpora transferri, & monumenta exornari possint. Qui Sepulcra violant, etiam sacrilegii lege tenentur, ut lib. 48. tit. 13. *Bals. Schol.* Tit. 12. lib. 47. dig. est tit. 23. lib. 60. Basil. qui de violatione monumentorum, sive corporum sepulturae traditorum docet. Tit. 7. lib. xi. dig. est tit. 1. lib. 59. Basil. qui de monumentis & sumptibus funerum docet. Tit. 13. lib. 48. dig. positus est in Tit. 45. lib. 60. Basil.

Cap. 30. Lib. 47. tit. 2. dig. 39. qui meretricem alienam ancillam rapuit, vel celavit; neque ut fur, neque ut plagiarius tenetur. Non enim furti, sed libidinis causa fecit. Lib. 48. tit. 5. dig. 29. quinquennii tempus accusationi adulterii praefinitum, in stupro per vim facto locum non habet. Nam quum vis publica committatur, citra temporis praefinitionem illa instituitur. Similiter dig. 5. t. 6. ejusdem libri, quum dicit, quod raptus enormior sit adulterio, & quod qui nuptam aut innuptam rapuit, ultimo supplicio puniatur. *Bals. Schol.* dig. 39. tit. 2. lib. 47. est cap. 39. tit. 12. lib. 60. quod habet, ut in compendio propositum est. Dig. 29. tit. 5. lib. 48. est thema ult. cap. 29. tit. 37. lib. 60. quod ita habet, ut scriptum est. Dig. 5. tit. 6. lib. 48. est thema 2. cap. 5. tit. 18. lib. 60. quod habet quomodo scriptum est.